Monseigneur 291

No 52.

Ad varias exaratas meas literas quas nescio si ad manus Illmæ Vestræ Excellentiæ pervenerint aut non, in hucusq summo desiderio expectans responsionem, præsentibus adhuc Ill: Vram Excellentiam incomodare atq nuntiare coactus, quæ ratione exsolutionis termini, præterlapsi fest S. Joannis hic agantur, quem Consiliarius Schüller, non tantum non sollicitavit â Magistratu ante festum, sed et post, demum ad multas meas requisitiones id fecit, et nunc mihi respondit, se post septimanam ulteriorem habiturum ab eodem resolutionem. Decretum S. R. Mtis Originale, quod extradere mihi ad literas Ill: Vræ Excellentiæ debuerat, verum illud penes se non esse, in responsoriis suis ad Ill: Vram Excellentiam falsè scripserit, nunc demum die 21. præsentis rescivi ab illo, quod illud jam multo apud ipsum fuerit tempore, et quando hoc et nunc saltem extradere deberet, respondet, habere se â Vice-Comissario Gärtner ordinationem ac comissionem, ut illud cum quietatione Regia super terminum S. Joannis mihi haud prius extraderet, donec Originales S. R. Mtis

obligationes ac Contractum Cracoviæ initum, servi-
tatis meæ documenta in manibus meis existentia
ego extraderem; quod verò nullatenus, et antequam
omnes in Saxoniam assignati termini scilicet quorum præ-
teriti festi Paschatos inhucusque non est solutus si mi-
hi realiter sint exsoluti, fieri potest, ac proinde Illmam
Vestram Excellentiam, per omnia amicitiæ jura quam in-
stantissimè rogo, dignetur S. R. Mti Domino Nostro
Clementissimo exponere, ac prævalente suâ remonstra-
re autoritate, quomodo satisfactio mea, variis modis
et inventionibus ab Italicis S. R. Mtis, indebitè pro-
hatur, atque benignissimè efficere, ut non tantum
illa quinque millia talerorum termini festi Paschatos
præterlapsi quam primum mihi solvantur, verum
etiam Consiliario Schüller injungatur extraditio
Originalis S. R. Mtis Decreti, ac exsolutio præterlap-
sam termini S. Joannis sine quibusvis excusationibus
aut tergiversationibus, mihi facienda, ad quam jam
jam comportare pecunias, idem Schüller dicit; obliga-
tiones enim anteriores S. R. Mtis, quando omnes in Saxo-
nia erunt exsoluti termini, tunc paratissimus extra-
dam, nunc verò nullo modo facere possum, sicut ha

omnia per hodiernam postam, etiam Vice-Comissario
Gärtner, Dnô Generali Wackerbart exponenda, per Se-
cretarium meum sunt perscripta, Nec dubito S. R. Mtem
desideria hæcce mea justa approbaturam, siquidem
Ea semper ad me recursum habebit, ac ego satisface-
re capax ac obligatus ero si quidquam à me prætende-
re vellent. Iterum atque iterum ab Illmâ Vestra Excellentia
quam enixissimè peto, negotia mea ita benignè promo-
vere haud dedignari velit quo tandem eorum subsequa-
tur finis; Cujus prævalenti assistentiæ ac patroci-
nio ea meliori comendo modo, ac cæterum, proximis
ad istas et anteriores literas expectando avidissimè
responsum, cum apprecatione optimæ valetudinis
cunctæque prosperitatis, omni officiorum reciprocorum
promptitudine, incessanter maneo,

Monseigneur

de Votre Excellence
le tres-humble tres
affectionné obligé Servi-
teur

Gedani die 25. Julij
1711.

Ferdinand Duc de
Curl.

Celsmus Dux Curlandiae
d. 25 Julij 1711

299